



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo

Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13156

Quod effeda allatus esset commeatus.) Hoc inane interpretamentum est. Nam Syetonijs quidem testatur Augustum ipsum, vectum effeda, cœpisse cibum, quod alij, tanquam in loco inconvenienti facere detrectabant. Itaq; hic nil de commeatu in effedis vehi solito vel verbulo.

Hoc genus militare esse.) Imo verò hinc colligitur, circense esse. Nam de victoria in Circo loquitur, non in bello.

Currurarius, vehiculararius.) Omnia hæc sunt barbara, & Latinis auribus ignota.

Cap. XIV.

Quoniam est incommodum agris.) Nihil tale, imo omnia contraria legas apud Gellium, ut ex iis constat, quæ de hoc vehiculo tradidimus.

Cap. XV.

Portandis per vias straminibus.) Hæc ex Isidoro male intellecto hausit, quia scripserat, esse *mollibus stramentis positam*. De straminibus enim nemo quidquam habet, quod Ligorianis conveniat.

Trahebaturq; ab equis.) Imo portabatur, quoniam destitutum erat rotis, & vehiculum, quod in monumentis vidit, generis non hujus fuit, sed alterius.

Sunt & alij currus quadriroti.) Qui nil faciunt ad basternas, propter causas, quas jam dixi.

Carrus non genuini.) Cur hos minus genuinos vocitet, quam alios, haud equidem excogito, nisi fiat in respectu ad basternas. Verum ita currus nulli genuini erunt.

Cap. XVI.

Qui simul carro tali vehuntur.) non simpliciter & ubiq; verum in militia & prælio.

Corpus ejus.) Ita nominat ex ingenio linguæ Italicæ, quod Latini appellarunt *capsam*, sive *sellam*, quod semel fuit annotandum.

Atq; interdum umbella.) Hoc ex Glossis suspicor hausisse, in quibus legitur *ουλωδεχης, bennarius*. Quia enim mentio hic fit *ουμνῆς*, ipse de umbella cogitavit.

Cap.